

Cxxx. 140

Omni habenti dabit. Et peccator agnoscentis christum habet gratiam quod cognoscit christum: sed in iudicio dividet a cognoscentibus christum. et sic tollit ab eo quod videbat habere sed non habuit. Quomodo? Quia agnoscentis christum videt habere scientiam christi. sed vere non habet. Ipsi vero noticia christi addit iusto quod habet. Ille vere christum habet scientiam quod facit iustitiam. et quod nunc videt per speculum in enigmate. tunc videt facie ad faciem. et sic addit scientiam. Aliter intelligitur. Qui fidei dem habet et bonam voluntatem si quod minus in ope habuerit quod homo: nihilominus remuneratur a iudice. Qui vero fidei non habet nec bonam voluntatem in christo alias virtutes quas videbat naturaliter habere perdit id quod videbat habere auferet. Quicquid ei boni sine fide christi est: nihil ei putat. Sicut sunt mulei qui vident esse mansueti. aut humiles. sed quod non sunt fideles videtur esse aliquid bonorum eorum sed non ex fide de ergo peccatum est. Et hanc sententiam nequam pericite dicit quidam non tamen infernum deorsum. sed extra mundum esse loca tenebrosam ubi puniuntur qui digni sunt. Ne forte ergo id dixit exteriores tenebras et non inferiores. Sed si quis considerat quod sequens parabola parabole precedenti est continua et per eius. non sine ratione requirere ne forte quod ait. Post multum tempus veniens dominus etc. non de secundo dicit adventu sed de adventu quo sepe venit ad omnes christianos quibus gratiam dedit sue agnitionis et respicit eos et ponit rationem cum eis ut iudicet eos et bonos discernat a malis sicut dicit ibi. Sic est regnum celorum decem virginibus. Alia parabola habet sic. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et angeli cum eo sedebunt super sedem maiestatis. et congregabuntur ad eum omnes gentes. et interim sic veniet. sic ponet rationes cum servis suis sicut discutiet ut dicitur est. In ista parabola cum venerit in maiestate cum angelis se-

debit super sedem. tanquam non semper veniens sedeat in sede maiestatis sue. sed tunc tamen fient hec. Et vide quod in hac parabola non precipit peccatorem mitti in ignem nec est alia pena sed in tenebras exteriores. In illa cum venerit in maiestate precipit ut in ignem mittatur et in alias penas. Item in hac parabola iubet iustum intrare in gaudium. In illa in regnum. Sed qui vult accepit ait. Sciebam quia homo durus es. meris ubi non seminasti. Sciendum quod in secundo adventu quando veniet terribiliter cum gloria. non dicit peccator aliquid quia non erit personale iudicium. sed quis libet iudicabitur in cogitationibus suis. nulle autem erunt responsiones sicut dicit apostolus. Qui ostendunt opus legis in cordibus testante conscientia et inuicem accusantibus et defendentibus cum iudicaverit deus occulta hominum.

Explicit opus imperfectum beati Johannis Chrysostomi episcopi constantinopolitani Ad honorem dei et gloriose virginis etc.

Impressum per me Johannem Koelhoff de Lubbeck. Luce colonie. Anno gratie M. cccc. lxxxvij. Finit feliciter.